



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXIX. Der Rath der Altstadt Salzwedel verschreibt an Conrad Crun eine Rente in Zinshebungen aus der Stadt, am 20. November 1326.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

dictus primo diebus vite sue dictis redditibus solus potens quiete potiat, Deinde se mortuo prefatus Johannes eidem in vita eque sua potiat, ambobus autem mortuis Redditus sepedictj per consules tunc temporis antedictae Civitatis ad structuram cuiusdam nove domus hospitalis et inibi infirmorum fovendorum tenebuntur erogari, vt jam dictus dominus Johannes Emptor horum reddituum pro gloria dei sueque matris gloriose virginis Marie fieri predisposuit, anime sue in Salutem atque suorum cunctorum progenitorum. Cuiusmodj rationabile factum nostro sigillo duximus Roboratum (sic). Datum anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., In die Beati apostoli Andree.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 41, No. 2.

LXXXIX. Der Rath der Altstadt Salzwedel verschreibt an Conrad Crun eine Rente in Zinshebungen aus der Stadt, am 20. November 1326.

Nos Theodoricus Bolck, Theodoricus Barun, Conradus Crun, Christianus Tholner, Theodoricus Witinch, Woltherus Hartwici, Henricus Bernardi, Theodericus brewitz, Helvicus de Stulpen, Latkat, Wesseke, Vese Lyderhusen, Consules antique civitatis Soltwedel, tenore presentis litere recognoscimus et profiteur, quod Conrado Crun et suis heredibus veris XV solidos Soltwedel. denariorum in domo Alberti Bodonis III solidos et XII solidos in domo Conradi fuforis candelarum in perpetuum ab omni collecta liberos donauimus et solutos pro IV solidis perpetui census, quos nostre ciuitati per unius marce argenti donationem comparauit, faciendi et dimittendi cum predictis XV solidis liberis sibi donatis per nos, quod sue beneplacitum fuerit voluntati, nullo penitus de foro consilij ciuitatis Soltwedelenfis imposterum contradicere valente nec audente. In cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum sub anno domini M^o. CCC^o. XXVI^o., sequenti die post festum beate Elizabeth vidue.

Nach dem Original des Salzw. Archives XVI, 3.

XC. Der Rath zu Salzwedel acceptirt ein ihm von Johann Wolters zugewandtes Vermächtniß, am 24. Januar 1327.

Nos Johannes albus, Johannes prope fontem, Thydericus bolck, Thydeke barun, Woltherus hartwyci, Gerardus genth, Johannes bertoldi, albertus brewyz, Latkote, Gerardus thuriz, arnoldus rytzleue, Godekinus Wolteri, Consules antique ciuitatis soltwedel, recognoscimus et protestamur in hiis scriptis, Quod Johannes Wolteri pie memorie comparauit XII solidos soltwedelenfium denariorum in domo Elekini doleatoris ante caltrum perpetui census, qui dicitur worttins, et eisdem XII solidos consulibus antique ciuitatis Soltwedel singulis annis assignauit in octaua sancti Mychaelis archangeli per camerarios ciuitatis antedictae largiendos, sic quod vniciueque consulum vnus solidus manualiter tribuatur pro eo, quod magistris gylde pannicidarum ad hoc iubendo inclinent, vt duas marcas argenti, per ipsum Johannem Wolteri via elemosyne a gilda pannicida-